Quelle: http://manuscripta.at/?ID=912
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



80

admirabilis senex. a nobis admonitus. uolens tamen & ipse
paululum substitit. Cumque adpropinquante muliere. pu
ella iaceret exposita. orauit tacitus illum. & ad commoratio
nem eius. statim spe in puri egressus e. Puella incolo
mis. ipsis in laudibus dei. mater in gaudio fuit. ipse autem
letabatur. quia ad desideratam solitudinem repedabat.
Erat autem ualde sapiens. & hoc in se mirabile habebat.
quia cum litteras non didicisset. ingeniosissimus &
prudentissimus erat. XXXI

Aliquando enim philosophi duo gentiles uenerunt
ad eum. putantes antonium se posse decipere. Erat
enim in superiori monte. Quos cum uidisset paganos intel
lexit exuultu. & procedens ad eos. principiis ita cepit appel
lare. Quare tam longe ad stultum hominem sapientes se
uexare uoluerunt. Illis dicentibus. non ee illum stultum. sed
nimium sapientem. uigilant respondit. Si ad stultum ue
nistis. superfluus e labor uester. si autem putatis me sapientem
ee. & sapienciam habere. bonum e imitamini quae probatis.
quia bona ecuenit imitari. Si ego ad uos uenissem
uos imitarer. sed quia uos ad me quasi ad sapientem uenistis.
estote sicut & ego sum christiani. abscesserunt philosophi utrumque
mirantes. & acumen ingenii. & demonum expulsiones.
Alios quoque mundi sapientes. similiter qui eum deri
dere cupiebant. quia litteras ignorabat. talibus